

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 4. Lucis mico limes & vmbræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

5. Phosphorus Ioannes. Qui Phosphorus ut luna
mutatur, nunc in cornua, nunc in ea colligit, & id è
diverso situ, quo solem, nunc supra, nunc infra ambit.
Sic & lex vetus sub Ioanne, nunc evanescere incipit,
nunc noua lex cresceret.

6. Ros. Largior diuinorum donorum affluentia ab
Ioannis nativitate, è Christo nasciturus è cœlo proma-
nabit.

7. Puluerosas. Vnde rerum terrenarum impius
affectus abstergatur, & siis aeterna salutis si non ex-
pleatur, saltem temperetur, & corda arida ad solidos
pœnitentia fructus proferendos irrigentur.

Ioannes Iudaismo Hesperus, Chri-
stianismo Phosphorus.

Imago 4.

Lucis mico limes & umbra.

1. Hesperus sub atra nube abit cœlo eeu
 2. Luna cornuta,
 3. Phosphorus in nube
 4. Purpurea & roscida oritur, sub quo
 5. Sol incipit oriri.
1. Ioannes veteris legis & umbra fugientis
index,
 2. Lex Moysis cui ceu duo è radice cornua,
 3. Legis nouæ prænuntius
 4. Amoris diuini pulchritudo, & baptismi
ardor.
 5. Christus paulo post nasciturus.

D 4

Hespe

HEspere cæde polo nocti dux ater, & idem
Iesleidum soli Phosphorus albus eris.

N O T . A.

Ioannes, cum eum adhuc insignior ob admirabilem
natiuitatem fama loqueretur, & etiamnū omnium auri-
bus insonaret. Quis putas puer iste erit? eius oculos
auresq; ut falleret, & magnificam de se opinione conce-
ptam supprimeret: præ humilitate ad desertum confugit,
& in eo delitescens agrestibus herbis vitam duriter
solerat.

Emblema 5.

*Nos arbusta iuvant, humilesq;
myrica. Virg.*

1. Agnus solus inter
2. Kara arbusta
3. Myricas & crisas depascit.
1. Ioannes puer
2. In deserto
3. Suam sanctitatis conscientiam sustentat humili-
itate, sequē eā pascit.

Ioannes in deserto è pilis camelorum
hispido cilicio suam tuetur castita-
tem: & molles voluptatis, quæ blan-
da & ob id insidiosa animorum con-
ciliaticula, illecebras expugnat.

Emblema